

ad n. 5127. Postea et descriptam dedit Trendelenburgius accuratissime et vidi ipse; unde hic repeto integram.

I

1 QVOD · Q · ACILIVS · MONTANVS · M · IVNIVS · PROCVLVS · II · VIRI · V · F  
2 CVM · M · SEMPRONIVS · FVSCVS · PRAEFECTVS · COHORTIS · BAETICAE · VIR · SVMMAE · INTEGRITATIS · PRO  
3 PE · DIEM · SVCCESOREM · EXSPECTET · ET · ROMAM · PROFICISCI · DEBEAT Q · F · P · D · E · R · I · CENS  
4 VM · M · SEMPRONIVS · FVSCVS · ADVLESCENS · OMNI TIBVS · INSTRVCTISSIMV COLO  
5 NIA · NOSTRA · GESSERIT · VT · VNVS · EX NOBIS · ESSI CONTVLERITQVE · IN N RIMA ·  
6 IA · SVMMA · MILITIAE · M // ESTIA · SVM  
7 PL RVM · TEMPORVM · RES · P · NOSTRA · CONTVLEI  
8 DISCIPLINA · OPIVMT · MAXIMIQVE PRINCIPIS · I  
9 STATIONI · EIVS · SIMILE PLACERE · P  
10 REI · PVBLICA / \ MAPE COMMEN  
11 TIS · EIVS · AD OPTIMVM E · PRINCIPE  
12 ITEM · PER · LEGATOS · V TIS · COHO

II

6 TIA V IIVM · DEB AT · QV  
7 AE · D VERIT · VT · SVCCES  
8 CLARISSIMOS · V  
9 IIVM · NOSTRV  
10 NES · QVOS · SVM

III

6 AT · REDD  
7 COHO  
8 EGAT

IV

5 V L I

V

11 IA i

VI

11 A · PEI  
12 IIVM

I, 3 littera E aliquoties sic pingitur E. — 4 littera fracta ante TIBVS aut V fuit aut N. — 6 prima littera potest fuisse MANR, quae post hiatum sequitur I aut T. — 7 PRIORVM priores ex coniectura. — 8 OPIVMT errore quadratarii. — 12 post LEGATOS aut V aut N aut M fuit. — II, 6 videtur fuisse MITTEND. — 7 ante IVM videtur fuisse N, non fuit T. — III, 1 vestigia parum certa; LI-I Trendelenburg. — V, 12 prima littera aut N aut I.

Quamquam decreti restitutio non ita mihi successit, ut ipsi mihi satis faceret, tamen quae inveni adscripti, cum nexum certe sententiarum satis repperisse mihi videar et propter singularem causam decretum summi momenti sit. Cuiusnam autem coloniae hoc decretum sit collocatum Bergomi omnino propterea quod ibi habitabat qui eo honorabatur, nos latet.

Quod Q. Acilius Montanus M. Iunius Proculus Iiviri v(erba) f(ecerunt):

cum M. Sempronius Fuscus praefectus cohortis Baeticae vir summae integritatis propediem successorem exspectet et Romam proficisci debeat, q(uid) f(ieri) p(laceret),

d(e) e(a) r(e) i(ta) cens(uerunt):

[C]um M. Sempronius Fuscus omni[bus virt]utibus instructissimu[s ita se in] colonia nostra gesserit, ut unus ex nobis esse [videretur], contuleritque in n[os plu]rima m[er]ita (?) summa militiae m[od]estia sum[ma]que cura in re[m]ittend[is] inpens[is, quaeque in praefectos] pr[io]rum temporum res p[ub]lica nostra contule[rit, ipsi quoque, cui] . . . tia u . . . ium deb[e]at, qu[am primum oport]eat redd[i, licet] disciplina op[t]um[i] maximique principis [rei publicae nostrae mini]me d[ef]uerit, ut succes[sorem proptere]a coho[rtis] stationi eius simile[m speremus], placere d[ecurionibus] . . . . . clarissimos v[iros l]egat[os cum] rei publica[e n[ost]rae] man[datis] . . . . . commen . . . . . tium nostru[m . . . de meri]tis eius ad optimum [maximumqu]e principem [mitti] Item per legatos v[iros clarissimos] . . . . . tis coho . . . . . nes quos sum . . . . .

ad n. 5172. Refert Donius cod. Barb. p. 183 ex vetere libro ms., id est ex Iucando.

8893 pars epistylII magni, litteris bonis. Bergomi rep. a. 1874 in platea prope S. Andreae ante palatium Marenzi, ubi in sepulcro aetatis labentis pro fundamento fuit; servatur in Athenaeo.

et . . . . . P · F · CRISPVS · Portas duas  
INTER · EAS · iis . . . . .  
SEDATA VXOR  
ornamenta? PORTARVM · DVARVM · #S . . . . . f. c.

Descripsit Huebner a. 1875. Miserunt item Bruzza et A. Pellegrini.

8894 Bergomi rep. a. 1874 in fundamentis domus Marenzi.

OSITV  
BRES  
VC

Bruzza misit.

8895 Bergomi rep. a. 1874 in fundamentis domus Marenzi.

B · PRECOR  
TER CON  
QVIA

Bruzza misit.

LVIII. VALLES SVpra BERGOMVM ET COMVM (p. 557).

Nullos titulos adhuc nos habere ex valle Tellina certe Latine scriptos supra p. 557 dixi; neque enim inde noram nisi Etruscis litteris conceptum nuper repertum Tresivii (bull. dell' inst. 1871 p. 214). Paulo post autem prodiit is qui sequitur; unde de statu eius vallis antiquo adhuc

plane ignoto (v. Cluverius Ital. ant. p. 109) eatenus coniectura capi potest, ut Camunnis proximis attributa fuisse videatur. Ipsa si rem publicam habuisset, id vix ignoraremus.